



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Ex qua Culpâ teneatur Commodatarius, si res commodata apud ipsum pereat, vel deterior fiat, & an teneatur præstare casum fortuitum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

TITVLVS XV.
DE COMMODATO.

§. I.

Quid sit Commodatum, & quomodo ab aliis Contractibus distinguatur; siem qua res commodari possint; & quis commodare possit.

AD primum ꝛ. Commodatum re & definiti ex Glossa in o. unio. V. Commodatum h. t. Quod sit alicujus rei ad aliquem specialem seu certum usum gratuito facta concessio.

Ad secundum ꝛ. per hoc quod ad certum usum concedatur, differt à precario, quod conceditur ad usum quidem, sed indeterminatum; per hoc quod ad usum concedi dicitur, differt ab omnibus illis contractibus, in quibus, vel usus non transfertur in accipientem, prout fit in pignore, & deposito; vel non tantum usus sed proprietates etiam transfertur in accipientem, prout fit in mutuo; & per hoc denique, quod dicitur gratuito facta concessio differt à locatione & contractibus innominatis, in quibus pro certa mercede elocatur aliquid, aut saltem pro alio aut facto, aut obsequio alteri datur aliquid: *Don't facias &c.*

Ad Tertium ꝛ. quod commodari possint omnis generis res tam mobiles quam immobiles, etiam res incorporeæ, ut sunt jura, seruitutes &c. Exceptis illis, quæ usu ipso statim consumuntur uti vinum, frumentum &c. in quibus Com-

modatum locum non habet, ubi rei conceditur, salva ejus substantia; res Sacræ, ad usum tamen sacrorum profanos &c.

Ad Quartum ꝛ. commodari quemlibet, cui libera administratio rem commissa est, cum in talis dato, nulli fiat præjudicium.

§. II.

Ex qua Culpâ teneatur Commodatarius, si res commodata apud eum reat, vel deterior fiat, & an teneatur prestare casum fortuitum?

Certum est primum, quod in commodato possit aliquis obligari, vel ex culpa; dolum committens, si ex formali proposito, & intentione nocendi alteri, aut regis, quod est deregendum, aut verbi gratia in præjudicium alterius, vel fraudem committat. Culpa proprie dicitur, & formalem illam intentionem nocendi, non requirit, si logica tamen est, peccatum dicitur, contra mores, & Legem, de quo hic non agitur; si civilis tantum culpa est, vel iudicialis, est ommissio diligentie præstiti debite, unde damnum aliquod, aut commodum sequitur; & quidem, si mittatur illa diligentia, quam committitur, & passim homines ejus conditione

nis, professionis, ætatis &c. adhibere solent, dicitur culpa lata commissa; si verò omittatur illa diligentia, quam diligentiores ejus conditionis &c. adhibent, culpa levis commissa dicitur. Et denique Culpa levissima commissa dicitur, si ea diligentia omittatur, quam solent adhibere hujus professionis, artis, & conditionis diligentissimi: quodsi verò damnum nullo consilio humano prævideri potuit, casu fortuito damnum contigisse cenletur.

Certum est secundò, Contractus alios esse in gratiam, & commodum unius tantum contrahentis, dantis v.g. uti est depositum propriè dictum. Vel accipientis, uti est commodatum, precarium &c. vel in gratiam utriusque, Uti est locatio, conductio, emptio, venditio &c. pro horum autem diversitate mutari etiam obligationes putant aliqui, de commodato proinde querendo, ex qua culpa commodatarius teneatur, si damnum apud eum patiatur res commodata.

Respondent multi ex levissima etiam culpa obligari eum, ita ut si in re commodata conservanda, nullam quidem culpam Theologicam aut peccatum admisit, minimam tamen Juridicam negligentiam admisit, vel si eam diligentiam omisit, quam solent præstare diligentissimi, ad damnum resarciendum obligetur, in conscientia etiam, ante sententiam Judicis de jure positivo, juxta *c. Vnicum h. e.* quia, quò majus est beneficium, eò magis cavendum, ne pro beneficio injuria aut damnum rependatur, & qui cum altero contrahit, ad eam se diligentiam adhibendam ob-

ligare cenletur, quam Leges requirunt. Quodsi tamen Commodati contractus in solius dantis utilitatem & gratiam, non autem accipientis initus est, de dolo & lata culpa tantum volunt obligari commodatarium, prout etiam *Glossa habet in relatum cap. Vnic. h. e. V. de levissima.* cum in tali casu vix dici possit beneficium accipere Commodatarius, sed totum fit soli commodanti: in casu autem Commodati in utriusque tam dantis, quam accipientis gratiam facti, cum utriusque fiat beneficium, putant de culpa quidem lata & levi obligandum Commodatarium, non autem de culpa levissima: quæ sententiæ uti probabiles sunt, ita negari etiam non potest, probabile etiam esse, quòd in tanto rigore jura hæc positiva recepta fortassis non sint: & hinc multi etiam dicunt, quòd in hoc etiam commodati contractu obligandus per se non sit Commodatarius ante sententiam Judicis, nisi culpa Theologica inter-venierit.

De casu autem fortuito, si ex tali casu, incendio fortassis ex fulmine orto, incurso hostium &c. res commodata apud Commodatarium pereat, ad nihil obligabitur Commodatarius, cum res casu fortuito destructa Domino suo pereat, nisi in pactum casus etiam fortuitus deductus fuisset, vel culpa Commodatarii intervenisset, vel in mora ad rem in specie certam commodatam restituendam ille fuisset, quæ similiter peritura non fuisset apud Dominum suum commodantem, si in tempore restituta fuisset, prout etiam statuitur in *cit. c. Vni. h. e.*